Mythologia, Padoue, 1616 - 28 : Diane et ses nymphes

1 médaillon

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série C - 1615. Filippo Ferroverde, Nove Imagini degli dei (Padoue)

Nove Imagini, Padoue, 1615 - 032 : Diane et ses nymphes *a pour reproduction ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Présentation du document

Publication*Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrumpaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616
ExemplaireHathiTrust : Getty Research Institute - https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830
Formatin-4
Paginationp. 137
Exposition virtuelleLa "Mythologie" et ses gravures
Notice créée par Maria Laura Cucciniello Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 11/04/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7747?context=pdf

cler quę tum etiam maneat admixtam, edidiſſe ea numina Deorúmque monitu ſacratum nemus, atque ipſum illic Apollinem poſt interfectos Cyclopas Iouis irā vitauiſſe. Hanc Cereris & Dionyſi & ipsā & Apollinem fuiſſe filios ſcribit Herod. ex Aegyptiorum ſententia, ac Latona fertur illorum fuiſſe nutrix, vt patet in his:

Ἀπόλλωνα δὲ καὶ ἄρτεμιν Διονύσου καὶ Ἴσιος λέγουσιν εἶναι παῖδας, Λητοῦν δὲ τροφὸν αὐτοῖσι καὶ σώτειραν γενέσθαι. Apollinem vero & Dianam Dionyſi & Iſidis filios eſſe inquiunt: at Latonam eorum nutricem & ſeruatricem fuiſſe aſſerunt:

quam opinionem ſecutum poſtea Aeſchylum inquit Herodotus Dianam Cereris filiam appellaſſe, cùm Ceres dicta ſit Iſis ab Aegyptijs, vt teſtatur Pauſanias, in Arcadicis. Alii Cœi Titanis & Phœbes filiam putarunt. Cùm mares omnes Diana auerſaretur, quia viderat quæ paſſa erat mater, cùm obſtetricata eſt, impetrauit à patre Ioue vt perpetuam virginitatem ſeruare poſſet, vt apparet ex his Callimachi carminibus:

Δός μοι παρθενίην αἰώνιον, ἄππα, φυλάσσειν.
Da mihi perpetuo vt ſim virgo, da pater alme.

Arcus prǽterea & ſagittas & puellas ſocias ſexaginta Oceaninas, & alias viginti, quę illi arcus, cothurnoſque & canes curarent Iupiter poſtulanti tribuit; dedítque venationibus præ-eſſe, & viis, & portubus. quod patet ex his apud Callimachum:

καὶ μὲν ἀγυιαῖς
Ἔσσῃ καὶ λιμένεσσιν ἐπίσκοπος.
Nam præfecta vijs & portubus ipſa fereris.

Quę quoniam venationibus delectaretur, Dictynna vocata fuit à retibus: nam *δίκτυον* rete eſt apud Græcos. Sic enim illam nominari inquit à nymphis Callimachus in lauacrum Dianę & Ouidius lib. 2. mutationum.

Ecce ſuo comitata choro Dictynna per altum
Mænalon ingrediens, & cæde ſuperba ferarum,
Aſpicit hanc.

Cuius etiam cognomen fuit *ἰοχέαιρα* apud Græcos, quia ſagittis delectaretur quibus inſectaretur feras, vt eam nominauit Heſiodus in Theog.

Λητὼ δ' ἀπόλλωνα, καὶ ἄρτεμιν ἰοχέαιραν.
ἱμερόεντα γόνον περὶ πάντων οὐρανιώνων,
Γείνατ' ἄρ, αἰγιόχοιο Διὸς φιλότητι μιγεῖσα.
Naſcitur hinc Phœbus, gaudensq́ Diana ſagittis
Pignora Latonæ. peperit clariſſima Diuum
Hæc Latona Ioui magno coniuncta in amore.

Fabulantur hanc per imprudentiam venando, Cenchriam Pirenes nymphę filium interemiſſe: quare cum Pirene eum lugeret, tantam vim lacrymarum profudiſſe, vt in fontem ſui nominis ſit conuerſa. Cur venationibus præfe-

Digitized by INTERNET ARCHIVE
Original from THE GETTY RESEARCH INSTITUTE
Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7747?context=pdf